SANCTISS. D.N. SIXTI DIVINA prouidentia Papæ. V.

Super dubijs in Priori conſtitutione emergentibus, de admittendis ad habitum & profeſsionem regularibus.

DECLARATIO IN FORMA *perpetuo valitura Conſtitutionis.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum ſpectat Pontificem ſacrorum Canonum cōditorem quę per eū ſancita ſunt, ita ſuæ declarationis arbitrio dilucida reddere, vt inde nemini poſsit dubitationis ſcrupulus exoriri, præſertim vero ſalubriter cōſulere, vt cum de Regularibus agitur, qui ſe omnino Dei omnipotentis obſequio manciparunt, tollantur ea omnia, quæ eorum ſanctum Chriſto pie inſeruiendi inſtitutum quoquo modo valeant perturbare. Sane poſt editam noſtram Conſtitutionem, quæ incipit: Cum de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus, &c. Super modo & formam recipiendi & admittendi eos qui ſub Religionis iugo Altiſsimo famulari deſiderant, cum variæ ſint exortæ dubitationes & quæſtiones, eęque poſtea ad audientiam noſtram perlatæ, Nos ad tollendam omnem ambiguitatis occaſionem, habita cum Venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus Congregationis ſuper Regularium negotijs & conſultationibus per nos inſtitutæ matura deliberatione, de illorum conſilio, & aſſenſu præſentem noſtram perpetuo valituram declarationis conſtitutionem duximus promulgandam. Cum itaque inter alia dubitetur, num primo dicta noſtra conſtitutio vbi de illigitime genitis loquitur, comprehendat etiam eos qui poſtea per ſubſequens matrimonium fuerunt legitimati: Nos inhærentes ſacrorum Canonum diſpoſitioni auctoritate Apoſtolica tenore præſentium.

Declaramus illegitime natos ex ijs parentibus, inter quos tempore, quo ipſi geniti ſunt, matrimonium rite conſiſtere poterat, ſecuto poſtea matrimonio legitimos effectos ſub dicta Conſtitutione minime comprehendi, ſed eos tam quoad emittendam profeſsionem, quam quo ad conſequendos gradus, honores & dignitates ſui ordinis, æquo iure cum illis qui ex matrimonio legitimo & conſtanti nati ſunt, cenſendos eſſe.

Illegitimos vero etiam ex ſoluto & ſoluta, qui antequam noſtra conſtitutio emanaret profeſsi, vigore ſeu prætextu priuilegiorum, aut indultorū Apoſtolicorū cuius Ordini, Religioni, Monaſterio, aut Congregationi eorumue ſuperioribus in genere, vel in ſpecie cōceſſorū eo ipſo per ingre-

ſum

Domorum & quorumuis Regularium locorum iuramento cõfirmatione Apoſtolica vel quauis
firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus & naturis quantocunque
tempore obſeruatis, nec non fundationibus eorũdem, alijs quoque priuilegijs indultis, exemptio
nibus & litteris Apoſtolicis illis omnibus ipſorumque ſuperioribus Generalibus, vel Prouincia
libus, conuentibus, capitulis, fratribus & perſonis per quoſcunque Rom. Pon. prædeceſſores no-
ſtros, ac noſmetipſos etiam poſt primo dictæ noſtræ conſtitutionis publicationem & præfatam ſe
dem etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi & ſtipulati cõtractus ſeu quaſi, nec nõ motu, ſci-
tia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad in
ſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, Sanctæque R. E. Cardinalium, ac
de eorum conſilio & aſſenſu etiam conſiſtorialiter habito quomodocunque ac ſub quibuſuis te-
noribus, & formis, nec non cum quibuſuis reſtrictiuis, reſtitutiuis, pręſeruatiuis, annullatiuis dero
gatoriarum derogatorijs, alijs que efficacioribus, efficaciſsimis, & inſolitis clauſulis, nec non irri-
tantibus, & alijs decretis quomodocunque conceſsis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus exten-
ſis & moderatis, etiam ſi in eis ac ſtatutis, ſtabilimẽtis & fundationibus præfatis caueatur expreſ-
ſe, quod nunquam eorum priuilegia & indulta reuocata, vel moderata aut immutata intelligan-
tur, nec illis in toto vel in parte derogatum cenſeatur per quaſcunque litteras etiam derogatoria-
rum derogatorias, ac alias fortiores & efficaciores clauſulas in ſe continentes, niſi illorum ac etiam
certarum ſpecialium litterarum Apoſtolicarum inde confectarum vere, non autem per clauſulas
generales vel ſpeciales idem importantes inſerto tenore, ac de ſimili cardinaliũ conſilio, quodque
ſemper in huiuſmodi derogationibus & alijs diſpoſitionibus cenſeatur appoſita clauſula, quod
tunc demum nec aliter, nec alio modo effectum ſortiantur, cum ſuperiorum capitulorum & con-
uentum præfatorum ad id accedat aſſenſus, quodque derogationes & aliæ diſpoſitiones huiuſmo
di aliter effectum non habeant niſi conſiſtorialiter factæ & per trinas diſtinctas litte[illegible] &
norem continentes tribus diſtinctis vicibus ſuperioribus ca[illegible] [illegible] factæ vir[illegible] & effe-
intimatæ, eorumque pariter ad id expreſſus accedat aſſen[illegible] præfatæ ad parendũ illis & decre
omnino careãt, ac ſuperiores Capitula conuẽtus & aliæ pe[illegible] ac ipſorũ mandatis & monitio
nibus minime teneãtur: ſed literarũ huiuſmodi executionẽ omnino impedire, nec ratione reſiſtẽtiæ
cis de ſuper proceſsibus. eorũq; executoribus, & ſubexecutoribus, ac ipſorũ mandatis & monitio
cenſuris Eccleſiaſticis, etiam per ipſos executores vel ſub executores latis innodari poſsint. Qui-
bus omnibus etiam ſi alias de eis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiui-
dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio ſeu
quæuis alia expreſsio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores hu
iuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro ſufficienter expreſsis & inſertis
habentes harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, & quatenus effectum præſentium quo
quomodo impedire, vel retardare, vel illis obeſſe poſſent, ea omnino tollimus & abrogamus, cæ-
teriſq; contrarijs quibuſcumque. Vt autem pręſentes literæ omnibus plenius innoteſcant, man-
damus illas ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in cancellariæ Apoſt. nec non
aciei Campiſloræ publicari earumque exempla de more affigi. Voluműſque & decernimus vt ip-
ſarum præſentium exempla etiam impreſſa, manuque Notarij publici, & ſigillo Prælati Eccleſia-
ſtici aut illius curiæ obſignata eandem vbique locorum fidem faciant, quam ipſæ præſentes face-
rent ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum
declarationum voluntatum, permiſsionis, conceſsionis, indulti, ſtatuti, ſanctionis, decretorum, de
rogationis, ſublationis, & abrogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ
hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apo-
ſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ in monte Quirinali, Anno Incarnationis Domi-
nicæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo. xij. Cal. Nouembris. Pontificatus noſtri An-
no Quarto.

E. Card. Predat. Io. Ang. Papius.

Regiſtrata apud Io. Angelum Secretarium.

S. de Vrſinis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

*Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, Indictione prima, die vero ſeptima men-
ſis Nouembris Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papa. V. Anno quarto: Re
troſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Baſilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri
Principis Apoſtolorum de Vrbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ & aciei Campiſloræ, vt moris eſt per nos Io. Bapti
ſtam Bagni, & Octauium Taglietum S. D. N. PP. Curſ.*

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.